



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita diui Alexandri patriarchæ Hierosolymitani. Capvt. XXXVIII.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

facere recusaret omnino, dicens id dedecus fore Patriarchæ, si quidem clericus lectica portaretur, & Episcopus equo insidens ingrederetur. Nō quicquid sanctus, & humilis Theodotus, donec ministro persuasit, non esse rem istam iniuriosam, cōegitque illum ita facere.

*Vita diui Alexandri patriarchæ Hierosolymitani.*

## CAPVT. XXXIIII.

**A**LIVM habuit ciuitas ipsa Dei Patriarchā Alexandrum nomine, ad eō piū, & misericordem, vt cū illi quidam ex notarijs suis furatus esset aurum, & metu perterritus fugiens in Thebaidem Aegypti incidisset vagus, & errans in latrones, ac ductus fuisset ab eis captiuus ad extremas Aegypti partes, hoc comperto, diuus Alexander redem erit eum vinctum ac captiuum octogintaquinque numismatibus. Quo reuerso ita pie, misericorditerque vsus est, vt quidam ex Urbis habitatoribus dixerit aliquando, Nihil esse vtilius, quā in Alexandrum peccare.

**A**LIO quoque tempore vnus ex Diaconis eius, coram clericis omnibus iniurijs affectus diuum Alexandrum. Qui mox prostratus humi veniam petijt dicens: Ignosce mihi, Domine frater.

*Vita Elia Hierosolymorū Archiepiscopi, & de Fauiano Antiochiæ Patriarcha.*

## CAPVT. XXXV.

**D**ICEBAT Abbas Polichronius de sancto Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quōd sicut cū esset monachus, vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit,